

sciunt curiosissimum esse. Pergant tamen omnes nervos contendere, nemo la-
nam affert in officinam fullonis. Tu fac bono, magnoq; sis animo, ut istorum
ignorantium hominum contumelias ferendo transcendas. Contemptus (ut est
apud Plutarchum) non vulgare est Philosophiae instrumentum. Dic salutem ha-
rentibus Georgij Bremer, orans ut in rationes filij mittant, ubi commodum
erit Loachimicos 25. Nam haec calamitas pecuniam qua ad manum erat, mihi
jam pene universam absumpsit. Vale. Resalutant te, uxor, liberi, Magistri
15. Cal. Septemb. 1. 5. 7. 7. Vos amans Sincere

Johannes Molanus.

Pax Christi. [An hubeant]

N. 299)

[= Mocr.

N. 289]

N. 289]

Venerande vir, & Doctor clarissime, dum exspecto arcumentum scribendi, & in-
fervens quotidiana molestia manum injicit usque & usque scriptura: Vereor
ut videar nimis diuturno silentio usus esse. Sed hanc amici culpam levioribus
facit, quod nuper ad paedagogum laborum tuorum diligenter scripsi, cuius ei
fidelis monitor, ut abs te dum licet, quotidie multa discens: vicissim ipse in omni mu-
nere impositi oneris, intentum animum tanquam arcum habere. Quod ille quidem
sedulo facturum est, si satis ejus ingenium perveni. Equidem ad me quod attinet
nihil est quod malim intelligere: quam illum esse tuis liberis, tuarq; toti familiae qua
accommodatissimum. Superioribus diebus huc sese appulit, diu multumq; exopta-
ta uxor M. Henrici Saleburgij. Me miserum; quam horrenda sunt quae narrat.
In illa celebritate, in Schola Christiana religionis & omnium bonarum artium atri-
ce, cui Magister optimus perpetuam caelestis doctrinae lucem precari, novoreq; so-
lebat: tam fatales calamitates existere potuisse? Heu pietas, & prisca fides
tam proclara exaedificationis, quae a duobus non insipientibus Architectis Lu-
thero, Philippoq; fundata, mox a multis summis artificibus substructa, jam prope
calum aquavorat: vix nunc disiecta quadam rudera valdeq; tristes ruinae feruntur
superesse. Quod si primum a capite (ut est in proverbio) piscis fatet, intelligit
facile quisquis cor habet quae barbaries, quantaq; sanioris doctrinae corruptio toti
Saxoniae sit expectanda. Certe audio circumferri novas quasdam & ante hunc
diem inauditas recte sentiendi formulas, quarum in verba qui non precise jurave-
rit, eum oporteat quasi perfidum, & perjurum urbe doneq; exterminari. Mirum
ni tales formulae, imo faeces, pestesq; Ecclesiae etiam ad Alaniam nostram pervene-
runt. Nam audivi susurrari, fuisse ipsi tale quiddam in manibus, quod ostensu
sit ejus Collegis & sequacibus, necam tamen & cum suis familiaribus nihil est com-
municatum. At tamen & de nostro capite hic Comitia fieri, videturq; georum com-
mune periculum est, eos a communi consilio prohibitos non oportuisse. Nisi me animo
fallit, quas denuntiationes severas ne audivimus quidem, eas periculum, si vivi-
mus, sentiemus. Sed valeant querimoniae. Vocatus sum in in-
receptis in contubernium duobus illis Magistris Heidelbergensibus, quorum unus
humanissimus animus charos habet, illiq; ipsi magno sui desiderio & studio tenentur.
At me quidem pro bonis odia, & invidiam pati non piget. Mandat enim Spiritus San-
ctus, ut qui propter Evangelij defensionem exsilium, & paupertatis incommoda sustine-
re non dubitant, eos in honore & pretio habeamus. Perspicio in his viris eruditio-
nem, pietatem, Dei Zelum, non possum non complecti eos sincera benevolentia, ut
pote amicos Dei viventis. Deformantur quidem quorundam obtreccatiunculis
sed hoc ad tempus malum est, mihiq; cum ipsis commune. Nuper cum in Comiti-
tum Noinsem, Bremensi agro conterminum, illa jurati consensus nova formula sol-
lemniter allata esset; Archiepiscopus, quem non satis Latino vocabulo Superinten-
dentem vocant, dictum ac factum adesse iussit illius Ditionis pastores universos
Coierunt se. pronuntiata est formula, & dicitur d'ngov boulevty; quadraginta novem,
sine controversia omnes proposita illi dogmata utroque (quod ajunt) pollice com-
moverunt. Nolunt scilicet executi suis homicidijs, nolent contumelias pro Christo
pati. Itum est igitur pedibus in sententiam, subscriptum est confortim, placuerunt
Novissimus.

